



Tractatus De// Beneficiis// Amplissimus,// Et Doctissimus

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

§. 2. Quis possit pensionem imponere, & an requiratur causa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98538)

beneficia renunciant. Ponderatio vero, quæ sit in eo quod datum alicui contemplatione alterius, acquiritur persona contemplata, ut in leg. si filiofamilias la Secunda, & ibi Bartol. de donationibus causa mortis, & Baldus in l. cum oportet, num. 3. Cod. de bonis quæ liberis, Menochius qui alios citat, de præsumptionibus, libro 3. præsumptio. 28. cum aliis, non obest, quia hæc procedunt, quando agitur de persona in aliena potestate constituta uti filio, & agitur an sit computanda inter profectitia, vel aduentitia, ut per Bartol. in leg. sed si plures. §. in arrogato. de vulgari, cum aliis, & ideo Baldus in dict. leg. cum oportet. num. 4. dicit hanc contemplationem cessare in filio emancipato, & idem tradit, Alciatus de præsumptionibus reg. l. præsumptione 18. & alias Rota in una Hispanen. pensionis, coram D. Robustio, 11. Ianuarij 1574. dixit hanc utilitatem spectare ad illum contemplatione aliquid sit, si expresse cautur, ut ad illum spectet utilitas, prout in casu legis si legatum, quibus modis usufructus admittatur, l. si quis usufructus, de usufructu legato, ibi enim legatarius erat pure gravatus alteri restituere, secus ubi de hac utilitate non est facta mentio, vel quando dispositio conferretur in parem, vel in dominum, vel maritum, vel ealem personam, per quam ex iure dispositio alteri acquiritur, secus in illis per quos de iure alteri non queritur, toto titulo Institutis, Per quas personas nobis acquiritur, nec enim potest quis iura voluntate facere ut leges in sua ordinatione non habeant locum, & ita tollitur exemplum allatum de Ambasciatore qui sibi donata ab eo Principe ad quem est missus acquirere domino, ut tradit Bartol. in dict. leg. sed si plures. §. in arrogato, quia idem Bart. contrarium iradii in l. si vero, §. item quicquid soluto matrimonio, & in l. qui procuratorio. §. procurator de procurator. Abbas in c. postulatist, de concessione præbende, Lupus in repetitione rubricæ, de donationibus inter virum, §. 45. num. 6. Alciatus, d. præsumpt. 18. ubi testatur de communi. Tollitur eodem pacto exemplum de eo quod datur a consanguineis sponsi, sponsæ, in qua questione, licet multi secuti sint opinionem Bartoli, quod acquiratur marito, tamen multi contrarium consenserunt, quorum opinio est probabilior. ex rationibus supra deductis, & maxime cum alteri, per alterum non acquiritur, nisi in casibus particularibus, & licet Bisignetus decis. vnica de donationi. inter virum, videatur hanc sententiam sumere in argumentum & lason. in l. v. liberis, num. 17. C. de collationibus dicat esse communem. Tamen contrarium tenuit Baldus in lege cum ante. C. de donationibus. & consilio 42. num. 3. Alciatus d. præsumpt. 18. qui plures allegat, & Decius in dict. leg. ut liberis, dicit hanc esse veriorum, & hanc secuta videtur Rota in d. decis. Hispanen. limitando dictam conclusionem contemplationis ad eas personas, per quas de iure alteri acquiritur. Quantum ad observantiam, domini amplexi sunt responsiones datas in priori resolutione, & ulterius dixerunt, quod stante clara probatione, desumpta ex libro, frustra agitur, de observantia quam personarum, & neque qualitas reddunt dubiam, & equivoecam.

& ita conclusum standum esse in resolutione.

Quis possit pensionem imponere, & an requiratur causa.

SVM MARIA.

Quæ sint agenda num. 273.

Papa potest imponere pensionem, num. 274. nec in eo requiritur causa, aut consensus beneficiarii, num. 275. Resolutio Rote, num. 276. quamvis aliqui contra num. 277.

Papa regulariter non assignat pensionem sine causa, & sine consensu beneficiarii, num. 278. resolutio Rotæ, num. 279.

Pensio imposita etiam à Papa, ex falsa causa est nulla, num. 280.

Legatus potest pensionem imponere, num. 281. Scilicet de latere, numer. 282. qui potest beneficia conferre, & omnia exercere in provincia, quæ potest Episcopus, num. 283. Et sic circa reservationem pensionis eandem authoritatem habet, quàm Episcopus ex causa, num. 284.

In beneficiis reservatis, vel alias ad eius provisionem non spectantem, non potest eam imponere, numer. 285.

Legati missi, vel nati non possunt reservare pensiones, nisi eis specialiter sit concessum, num. 286. vel nisi sint cum authoritate Legati de Latere, num. 287.

An Nuntij Hispanie possint reservare pensionem n. 288. & 289. resolutur negative.

Legati simplices missi absque potestate legati de Latere, cum facultate tamen conferendi beneficia, nihil dicendo de reservatione pensionum, an possint eas reservare, num. 290. cum sequen. distinguitur, quod si potestas conferendi daretur Legato separatim non possit, secus si simul cum ipsa legatione daretur, quia tunc esset ordinaria.

Episcopus potest pensiones imponere, num. 295. ex causa, num. 296. Quamvis Granutius teneat non posse pensionem simpliciter imponere, nisi pro bono pacis, & concordia dicens communem, & allegans decretum Pauli 4. & quandam declarationem, S. Congregat. Concily, quæ non obstant numero 297. usque ad 304.

Ista potestas Episcopis non est amissa, non ex usu, vel contrario usu, quicquid aliqui dicant, à numero 305. ad 310. & quando esset amissa non esset restituta per reg. cancellaria, de mensibus, numero 307. & 308.

Episcopus non posset imponere pensionem super parochiali, non excedente 100. ducatos n. 311.

Ista facultas imponendi pensiones non est sublata Episcopis, per constitutionem Pij V. de confidentiis, contra Flam. Paris. num. 312. 313. & 314. Nec simoniam committit Episcopus conferens beneficium reservata pensione, quamvis sibi ipse reservare non possit, num. 315. & 316.

Vicarius Episcopi non potest constituere pensionem nisi sit specialiter commissum, num. 317.

Causas assignande pensionis, qui ponunt num. 318.

In constitutione pensionis non requiritur solemnitas in alienatione rerum Ecclesia requisita, num. 319. nec si beneficio vacanti imponeretur pensio requiritur constitutio defensoris ad consentiendum, licet alias requiratur consensus rectoris beneficii, & contraria sententia procederet in pensione profana, numer. 319. 320. & 321.

Pensio imposita sine causa per inferiorem Papa nulla est, num. 322. maxime si in fraudem Canonis constitueretur incapaci beneficii, vel alias num. 323.

Presumitur imposita in fraudem, nisi appareat de causa, n. 384. de qua debet constare, n. 325. nec sufficeret assertio Episcopi, num. 326.

Non creditur patri donanti filio, qui testatur merita precessisse num. 327.

Pensio debet causa commensurari, ut non excedat, num. 328. alias pensio non esset nulla in totum, sed reducenda, ut donatio remuneratoria excedens merita, num. 329.

An pensiones impositae per Episcopum transcant ad successores in beneficio, n. 330. cum seqq. referuntur diversa sententia, & resoluitur pensionem ex causa concordiae non transire, alias secus.

Inferiores Papa non possunt pensionem imponere interueniente pactio inter partes: Nec coram eis potest fieri reservatio, seu cessio reservata pensione, numero 340. & 341.

Rebuffus contrarium male videtur velle nisi intelligatur de Legato habente specialem facultatem recipiendi reservationes cum pensione, num. 342.

Non solum a partibus, sed nec a compromissariis conventio de pensione reservanda initium habere debet, sed a superioris auctoritate, num. 343. ubi ponitur dec. Rotae.

In permutatione beneficiorum non potest pensio imponi ab ordinario, ad coequandum fructus ex pactio partium contra aliquos n. 344. cum seqq. nec etiam potest refundi pecunia, n. 347.

Reprobatur sententia Vgolini, n. 348.

Explicatur decisio. Rotae 519. part. 1. diuersor. numero 349.

Non potest aliquid dari ratione expensarum, ut a lite beneficii recedatur, num. 350. etiam si fiat auctoritate superioris si procedit pactio inter partes, num. 351. & solum potest procedere contraria sententia, ubi index ex officio id prouideret, num. 352. resolutio Rotae, num. 353.

Probabile videtur, posse Episcopum, seu legatum clerico agrotante consentiente, ut alius substituatur assignata sibi pensione pro alimentis hoc facere, num. 354. non tamen poterit resignare in manibus inferioris Papa, cum reservatione pensionis pro alimentis, num. 355.

De transactione, & compositione in spiritualibus remissionibus, num. 356.

An Episcopus possit imponere pensionem super beneficio iuris patronatus sine consensu patroni, numero 357. cum seqq. resoluitur, posse, dummodo non transeat ad successores, alias non nisi in magnam Ecclesiam utilitatem.

Licet Papa possit imponere pensionem, sine consensu patroni, tamen si beneficium est iuris patron. laicorum, ex dotatione & fundatione, pensio est nulla, non facta mentione de eo, num. 351.

Viso quid sit pensio, operae pretium erit videre, quis possit eam imponere, & an requiratur cautela. 273. sa. 1. Secundo, in qua portione, seu quantitate sit reservanda. Tercio, quomodo in causis pensionum sit procedendum.

274. Ad primum, certum est Papam eam posse imponere, cum in beneficiis plenissimam habeat potestatem, c. 2. de prebendis in sexto, & Clem. 1. in fine, ut lite pendente cum aliis, Gigas de pensio. q. 6. n. 1. & Corras. de benef. 1. part. c. 4. num. 9.

Vnde in eo non requiritur causa ad imponendam pensionem, Felin. in cap. ad audientiam. 2. de rescript. num. 2. & 4. Decius consil. 436. Gigas d. q. 6. a num. 6. & q. 10. Sarnen. in compendio vtriusque signaturae, vers. & est aduertendum, Rebuffus de pacificis possessoribus, numer. 129. alias 110. Corras. d. c. 4. num. 13. Io. Nicolaus Delphinus de iure patron. lib. 1. nu. 67. & 70. Mandos. de signaturae gratiae, titulo de pensionibus versic. Papa absque aliqua causa, Camillus Cantius in tract. de pensione Episcopali, num. 10. qui habetur 15. ultimo part. 2. tractat. nonorum, Granicius ad Simon. de reservatione. q. 62. num. 4. P. Grego. de benef. cap. 29. numer. 2. Marches. de commissionibus, 2. part. cap. 4. de commissione appellationis, numer. 42. & Flam. Paris. de resigna. benef. lib. 6. quaestio. 2. numer. 131. & 155. qui docent Papam posse pensionem imponere, sine causa, & etiam sine consensu beneficiati, & Capitulum. decis. 316. part. 2. & Rota in vna Camerinen. pensionis, 7. Iunii 1591. Coram T. D. Gispio ubi resolut, quod Reg. de non tollendo iure quaestio, non est necessaria derogatio in declaratorio, Gabriel de Reg. iuris conclus. 3. num. 65. nec rursus est necessaria, in impositione pensionis, & c. quia Papa pro libito voluntatis potest pensiones super beneficiis imponere, & transferre Paris. consil. 60. numer. 69. lib. 4. & in Oxomen. pensionis, 20. Maii 1598. Coram D. Lita supra adducta num. 248.

Et idem tradit Gambarus post Felinum, 1. de officio legati, libro 10. numero 376. Quamvis postea num. 386. aperte teneat, quod in foro conscientiae pensio a Papa constituta sine causa pro aliquo, non profit obtinenti, quod etiam tenent Abbas de conciliis, 2. part. c. 21. Victoria in relectione de simonia, n. 50 & 51. Corduba libro 1. quaest. 9. 21. pun. 2. Arragon. secunda secundae, quaest. 63. art. 2. versic. de annuis autem pensionibus, Emanu. Rodriguez in summa, 2. tom. cap. 21. Vega in summa, 2. part. cap. 65. casu 6. P. Ledesma. 2. part. summa tract. 7. c. 1. & tract. 12. concl. 21. & Theologi Hispani communiter.

Regulariter tamen Papa non assignat pensionem sine causa, & sine consensu beneficiati. Cassado. 278. decis. 4. numer. 6. de pensio. Gigas q. 1. numer. 4. & q. 6. numer. 7. & Marches. d. numer. 42. & est reg. Camerellariae 44. de consensu in resignationibus & pensionibus.

Vnde in vna Reatina pensionis, 1. de anno 1588. 279. Coram illustrissimo Pamphilio Rota resolut, quod pensio est nulla, si causa narrata non est vera, licet enim Papa possit reservare pensionem sine causa, Tamen in dubio censetur motus iusta causa, & quando causa expressa est, indubitata illam debere iustificari, alia est nulla.

Et quod pensio imposita etiam a Papa ex falsa causa est nulla, tradunt Gigas, quaestio 5. 1. numer. 5. 280. Caputiaquen. decis. 298. numer. 1. part. 2. & Rota decis. 274. in suis Miscell. manuscriptis, & Flam. Paris. lib. 6. q. 2. num. 77. & alij.

Legatus etiam potest pensionem imponere Rebuffus de pacificis 1. possessio. num. 110. alias 103. Corras. d. cap. 4. num. 9. & Gambarus lib. 6. num. 77. intellige tamen de Legato de latere, Gigas quaest. 6. numer. 28. Cuchus 1. in institutio. Canonici paruis, lib. 2. tit. 8. §. ante omnia, & ibi additio. Zechus de benef. & pensionibus, c. 11. num. 5. qui potest beneficia 1. conferre, cap. 1. de officio legari lib. 6. & dicemus infra 5. part. cap. 3. & omnia exercere in provincia, quae potest Episcopus in sua diocesi. Speculator. titulo de legato. §. nunc ostendendum, numer. 54. Cuchus in institutionibus maioribus,

¹²⁶ bus, lib. 2. tit. 5. numer. 83. & sic circa reservationem pensionis eandem auctoritatem habet, quam Episcopus, intellige etiam ex causa, *ut de Episcopo dicebatur infra.*

¹²⁷ In beneficiis vero reservatis, & vel quæ alias ad eius provisionem non spectant, non potest pensionem imponere, sicut non potest ea conferre, *Gigas nu. 19. additio Cuchi, & Zechus supra.*

¹²⁸ Legati autem missi, & vel nati, ex quo virtute suæ Legationis beneficia conferre non possunt, d. cap. 1. & dicemus d. cap. 3. 5. partis, sic nec pensiones referuare, nisi hoc eis specialiter sit concessum, *Gigas supra num. 20. & 23. & Cuchus d. 5. ante omnia, & vel nisi sint missi à Papa cum auctoritate, seu potestate Legati de latere, ut ait Gigas, d. 9. 6. n. 19. licet cogitandum relinquat.*

¹²⁹ Vnde videbatur, & quod Nuntij Apostolici in Hispania residentes qui cum potestate Legati de latere mittuntur à Papa, possent in beneficiis 24. ducatorum, quæ ad eorum provisionem spectant, referuare pensionem ex causa, nisi tenuitas valoris obstaret.

¹³⁰ Sed nihilominus contrarium existimo, & nam Nuntij Hispaniarum non conferunt ista beneficia auctoritate ordinaria, sed potius delegata, cum detur eis, cum aliquibus restrictionibus: nempe personis idoneis providendi, & quod prius eis constet fide dignorum testimonio non excedere vigintiquatuor, *ut in clausula facultatis infra ponenda 5. par. cap. 3. nu. 84. ad c. licet in corrigendis de officio ordinarij, & quæ ibi notantur, maxime cum detur facultas conferendi beneficia, etiam reservata ratione mensis ad Rotam decis. 148. n. 2. lib. 2. par. 3. diuersorum, & Concalez glo. 24. n. 45. dicentes, quod Legati, vel Nuntij conferentes, beneficia reservata conferunt, vti delegati, non ordinarij, & sic, cum auctoritate extraordinaria ista beneficia conferant, non videntur posse pensiones imponere, quantumvis alias mittantur cum potestate Legati de latere.*

¹³¹ Sed an Legati simplices missi absque & potestate Legati de latere, cum facultate tam conferendi beneficia in sua provincia, *iuxta d. c. 1. nihil dicendo de reservatione pensionum* possint eas referuare, *Zechus dist. cap. vnde timo, numero 5. tenet sic, at & Gigas d. quæst. 6. n. 21. tenet contrarium, quia licet tunc beneficia conferre possint, tamen non conferunt vi legationis, & ex iurisdictione ordinaria, sed ex facultate extraordinaria sibi specialiter attributa, quæ restringi debet.*

¹³² Sed quamvis hæc sententia & recte videatur procedere, quando facultas conferendi daretur Legato separatim, & non simul cum ipsa legatione, quia tunc talis facultas esset extraordinaria, & delegata, tamen non videtur vera, quando simul cum ipsa legatione daretur talis facultas conferendi simpliciter: nam tunc ordinaria diceretur & iurisdictione in omnibus ex notatis in simili de Vicario Episcopi *infra 5. par. cap. 8. numer. 41. & in terminis delegato Gamb. de officio legati, lib. 9. num. 33. & 37. vbi docet, quod licet Legatus non sit ordinarius, sed delegatus in his, quæ competunt ex speciali facultate, seu commissione, quando seorsum committuntur, tamen, cum in litteris suæ legationis simul exprimuntur omnes facultates, & sub vna concessione emanantes simul stant, & cadunt, c. translatio, de constitutioni. & sic in omnibus censetur ordinarius. Hæc Gamb. & sic consequenter posset referuare pensionem, cum posset*

¹³³ beneficia conferre, ex vi & legationis, & iurisdictionis

ordinaria, & alias possit in sua provincia omnia, quæ Episcopus in sua diocesi, *ut notatur in d. c. 1. & b. de officio legati in sexto, & faciunt quæ tradit Gamb. lib. 1. rubrica quæ differentia sit, inter legatos de latere, & alios legatos, & Thomas Sanchez de matrim. lib. 3. disputat. 28. ad finem.*

¹³⁴ Rursus Episcopus, seu Archiepiscopus in sua diocesi potest pensiones super beneficiis imponere. *Felinius in d. c. ad audientiam, n. 2. Caccialupus de pensionibus quæst. 5. & 13. Paulus Romanus eodem tracta. 6. 4. num. 1. Gigas 9. 6. n. 2. Sarnen in compendio viri, quæ signaturæ versic. & est aduertendum, & in reg. de annali 9. 2. Rebuffus de pacificis possessoribus, nu. 120. alias 103. & in repetitione capit. exirpanda, d. 5. qui vero de præbendis, sexto notabili, circa materiam pensionis, qui recte ait alium inferiorem Episcopo non posse pensiones imponere, & Corras. d. c. 4. a nu. 9. Gambarnus de officio legati, lib. 6. nu. 77. Duarenus de beneficiis li. 6. c. 4. lo. Nicol. Delphinus de iure parro. lib. 1. n. 7. Mandos. Reg. 33. cancel. 9. 14. num. 11. Guerrero, cap. 61. versic. & Episcopus, Cuchus in d. institutio. parus. lib. 2. tit. 8. 5. ante omnia, Redoanus de simonia, 2. part. c. 14. num. 27. & cap. 21. a n. 26. Camillus Cautius d. tract. de pensione Episcopali, Nauarrius consil. 4. de simonia, Zechus d. cap. 11. num. 5. & Vega in summa 2. par. c. 65. casu 7. & post hæc Gonzalez. glof. 5. 5. a n. 27.*

¹³⁵ Qui omnes id intelligunt & ex causa iusta & honesta, & utilitatem Ecclesiæ concernente, & Nauar. ibi ait, quod, cum imponere pensionem beneficio sit contra ius regulare, cap. extirpanda de præbendis cap. unico, *ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*, Episcopus non potest id sine iusta causa facere, ne videretur velle pensionem imponere, nisi id exprimat, & Rota in Milientana Canonatus, de qua infra num. 314. & in Callagurritana pensionis infra adducta n. 343.

¹³⁶ Quamvis Granutius ad simon. de reservationibus & 297. 9. 62. n. 6. & 7. dicens communem, teneat ordinarium non posse pensionem simpliciter imponere, nisi pro bono pacis, & concordie, & in hac communi fuisse fundatum Decretum Pauli IIII. de quo per Mandos. de signaturæ, vi. de pensio. versic. hodie tamen ex decreto, vbi ait, quod hodie ex Decreto Pauli IIII. non potest pensio super beneficio, de quo alicui per obitum vacante providetur, imponi sine ipsius Papæ expressa licentia, & in titulo de confirmatio. versic. pensionis ab ordinario ait quod pensioni ab ordinario impositæ confirmatio non datur, sed Papa denuo concedit, vti Alexander 6. in signatura seruandum esse statuit, & ratio, inquit, est, quia ordinarius non potest beneficium diuidere, & pensionem, seu partem fructuum vni assignare, prout Papa, &c. & omnem resecari difficultatem, ait Granutius ex decreto S. Congregationis concil. & sub num. sibi 476. ibi, *nec ordinarius potest eam infringere, nec alicui Ecclesiæ pensionem imponere*, quod decretum simpliciter loquens opinatur ipse non extendi ad pensionem pro bono pacis, & concordie ab ordinario impositam ad tradita per Rolandum, consil. 72. num. 56. & 57. lib. 1. & hoc decretum & S. Congregationis, a Granutio allegatum mihi est, n. 295. & sic ait Vicario Episcopi Agrigen. Si resignatio Ecclesiæ Parrochialis vere fuit Romæ expedita, antequam ordinarius resignantem, ut ac beneficio d. Parrochialis priuaret, eadem resignatio debet suum sortiri effectum, nec ordinarius potest eam infringere, nec alicui Ecclesiæ pensionem imponere, & alias habetur inter declarationes super capit. decimo quarto, sess. 25. de refor. vbi tamen dicitur, nec a-

liquam Ecclesia pensionem imponere.

300 Sed in primis falsum est, & commune esse contra doctrinam, imo ea est communis, ut apparet ex citatis auctoritatibus. nec obstat d. decretum Pauli IV. quia videtur factum & pro Dataria, scilicet ne ministri, seu officiales Papae, absque ipsius expressa licentia dictam pensionem imponant. Quod vero dicit Mā-
302 dos. d. titulo de confirmationibus, in eo est, quia ordinarii non possunt pensionem imponere absolute, sed
303 cum causa iusta, ut dictum est: & ita etiam & debent intelligi decretum, & declaratio S. Congregationis, & doctrina Padillae in l. unum ex familia. §. si de falsid. numero 23. ff. de legatis 2. quem sequitur Gratian. reg. numero decimosexto, quod Episcopus conferens beneficium, non potest illud aliqua pensione gravare, ut in cap. si quis praebeatas 1. §. 1. & cap. unico. §. fin. ut Ecclesiastica beneficia, quibus convenit lex §. iii. 16. parte 1.

304 Sed ad dictam declarationem & S. Congregationis melius respondeo, quod tota illa loquitur de parochio concubinario, qui antequam parochiali privaretur per ordinarium, iuxta decretum Concilii, d. c. 14. eam resignavit, quae resignatio est valida, neque eam potest ordinarius infringere, nec aliquam Ecclesiae pensionem imponere, sic enim legendum videtur ratione concubinatoris resignantis, & poenae privationis fructuum, de qua in d. decreto, quia non transit ad resignaturam, ut alias censuit eadem S. Congreg. super d. c. 14. ibi 3. part. his verbis, poena haec non transit ad successorem in beneficio si prius resignat.

305 Aduertendum est tamen, & quod Rebus. in praxi, tit. de reservatio. tam generalibus, quam specialibus ait quod hodie Episcopi non constituunt pensiones, imo non ex usu amissa est in hoc eorum potestas per
306 ignorantiam, refert Camillus Cautius supra. Et Lud. Lopez instruct. conscientiae 1. tom. c. 303. post Sotum de iust. & iur. lib. 9. quest. 7. art. 2. inquit quod prout iam receptum est usu Romano solus Papa pensionem ponere potest, & Cardi. Tole. in sum. li. c. 26. in fine, ait quod non est prohibitum iure Episcopis imponere pensiones, ob consuetudinem tamen, & commune stylium Romanae curiae, si quis sine summi Pontificis facultate pensionem haberet simoniacus esset, & Zechus d. c. 11. numer. 2. in principio, ait quod usu iam est receptum, ut Episcopus nullo casu propria auctoritate possit pensionem imponere, & eadem d. nu. 5. ait quod tutius est, ut nec Episcopus id possit, ut supra, sine Papae licentia, & P. Ledes. 2. p. sum. tract. 12. concl. 20. & 21. ait iure positivo facultatem imponendi pensionem esse reservatam Summo Pont. ut constat ex usu.

307 Sed Camillus Cautius in fine, d. tract. ait & quod per reg. cancel. in mensibus, in qua Summi Pontifices dant Episcopis residentibus facultatem libere disponendi de beneficiis in sex mensibus vacantibus videtur aduersus omnem negligentiam, & consuetudinem esse restituta Episcopis potestas imponendi pensiones, non ex usu, seu alias amissa, saltem quoad Episcopos hodie iure suo, uti scientes, & volentes propter verbum libere positum in d. reg. quod (inquit) relaxat omne iuris & facti, & vinculum, & obstaculum, & denotat, amplissimam potestatem etiam imponendi pensiones, iuxta sensum, & intellectum c. 2. de praebeatis, lib. 6.

308 At hoc nihil valet, & quia verbum (libere) de quo ibi, solum significat, quod possint Episcopi residentes disponere de beneficiis vacantibus in sex mensibus alternatis libere, id est, absque impedimento

reservacionis octo mensium, de qua in principio reg. iuxta subiectam materiam, ut per Goncal. gloss. 53. num. 24. & 25. Et ideo si ex non usu amissa esset Episcoporum potestas imponendi pensiones illud verbum, libere, de quo in d. reg. non esset eis restituta, facit lex, si quando. C. de inofficioso testamento, & qua tradit Gamb. in tract. permutacionum super c. 1. d. rerum permutat. in 6. n. 10.

Existimo vero, contra Rebus. d. potestatem & Episcoporum imponendi pensiones, non esse amissam, ex non usu, nam per non usu non tollitur facultas aliquid faciendi, Rochus de Curie in cap. fin. de consuetud. sect. 4. numer. 77. & videtur tenere Goncal. supra. nu. 28.

Nec est contrarius usus quicquid & dicant Zechus, & Ledes. nec rursus in contrarium est usus Roman. quicquid dicant Sotus, Lud. Lopez, & Tole-
tus supra.

Et quamvis Zerola in praxi Episcopali & 1. p. verbo pensio. & ver. simonia, 3. dub. dicat Episcopum non posse ponere pensionem, tamen 2. p. ver. pensio. §. 5. ait quod dictum est Episcopum non posse imponere pensionem super beneficio, intelligendum esse iuxta formam S. Concilii. scilicet, ut non possit eam imponere super parochiali non excedente summam ducatorum centum, §. 24. c. 13. Ceterum Fl. Paris. de confid. §. 28. numer. 120. docet ex const. Pij V. super confid. §. 8. & idem videri Episcopis sublatam facultatem imponendi pensiones super beneficiis, per eos collatis, nam Episcopum non simpliciter poterant pensiones imponere, sed ex causa, & adhibitis quibusdam modificationibus. secundum DD. & ad tollendos scrupulos, & difficultates, quando esset bene reservata per Episcopum, & ex causa sufficienti, bonum fuit eis tollere hanc facultatem.

Sed haec sententia & Flam. Paris. est falsa, nam d. const. Pij V. & idem procedit, & loquitur, quando pensio fuisset imposita per Episcopum personae sibi bene visae, & postea declaranda, quo casu esset simoniaca, & confidentiaria, ex d. const. quae hoc casu solum est intelligenda, ut in terminis resoluit Rota, in vna Milleuitana Canonica. 6. Martij 1595. Coram Millino, dicens quod pensio imposita per Episcopum ad favorem certae personae, etiam de consensu provisionis etiam coram Notario praestito in forma, non facit provisionem simoni. licet sit nulla ipsa pensio, si non consistat de causa, si autem pensio fuisset imposita per Episcopum personae sibi bene visae, & postea declaranda, esset simonia. & confid. ex Bulla Pij V. quo casu solum est intelligenda.

Ex quo etiam conuincitur, & quod ait Vgolin. de simon. tab. 1. de simon. genere c. 28. §. 3. numer. 6. Nempe simoniam committi si Episcopus, & inferior Summo Pontifice beneficium conferat, reservata sibi, alterive pensione, tum quod beneficia (inquit) simpliciter conferenda sunt. Tum quia sine diminutione conferri debent ut in titulo, ut Ecclesiastica beneficia, & ijs canones transgredi non licet: quamvis verum sit, quod sibi ipsi pensionem reservare non potest, ut in d. c. vnica, & si esset ex pacto esset simonica ut ibi.

Vicarius autem & Episcopi non potest constituc-
re pensionem, nisi hoc sibi fuisset ab Episcopo specialiter concessum, docet Sbrocius, in tract. de Vicario Episcopali, 2. §. 71. nu. 24. cum Beroio. confid. 18. nu. 18. volum. 1.

Et causas assignandas pensionis & ponunt Caccialupus de pensio §. 4. Paul. Roman. c. 1. Gigas §. 1. nu. 4. & §. 6. Rebus. de pacificis possessoribus, n. 125. alibi 108. & 111.

in repetitione, d. c. extirpanda, §. qui vero de prob. 6. notab. circa materiam pensionis, Coutar. d. c. 4. num. 12. Gambarus d. l. 6. à n. 100. Io. Nicolaus Delphinus d. l. 1. de iure patronat. n. 66. & 69. Mandos. d. m. de pensionibus, vers. causa imponendi pensionem, Bursatus consil. 126. nu. 90. l. 2. Arragon. 2. secunda q. 63. art. 2. vers. si quis autem querat, Emanuel Rodriguez, d. secundo to. c. 21. Vega 2. p. a. cap. 65. casu 6. Pet. Ledesma d. 2. part. tract. 7. c. 1. circa 14. conclusionem, & tractatu duodecimo conclus. 21.

Non tamen requiritur in constitutione pensionis solemnitas in alienatione rerum Ecclesiarum requisita, quavis id velit Rebus. in d. repetitione, §. qui vero, d. 6. notab. circa materiam pensionis, vers. circa tertium, quare solemnitas, & vers. quantum ad septimum, quia id iure non cauetur, & aliud est pensio, de qua agimus, aliud alienatio rei Ecclesiarum.

Imo quamvis inferior à Papa non possit pensionem imponere sine consensu Rectoris beneficii, Caccialupus quest. 5. & Gigas q. 10. num. 1. & 2. tamen si beneficio vacanti imponeretur pensio, existimo non requiri constitui eidem defensore ad consensuendum pensioni prædictæ, quamvis id velint Caccialupus, & Gigas ibi, quia ista non est materia alie nationis rei Ecclesiarum, sed sufficeret illam imponi ex causa iusta, & utilitatem Ecclesiarum concernente, iuxta suæ prædictæ, & quod dicit Rebuffus tibi, & Caccialupus ac Gigas post Romanum, consil. 369. nu. mero secundo, procederet in pensione profana, & temporali, quæ non daretur loco beneficii, & titulo clericali.

Et cum in impositione pensionis facta per inferiorem Papa requiratur causasti illa desit nulla est, & inualida, d. c. 4. n. 13. Io. Nicol. supra num. 70. Sarnen. & alij supra relati, n. 295.

Maxime si in fraudem Canonis constitueretur eis qui non est capax beneficii, vel alias, c. extirpanda, §. final. de præbendis, cap. audimus, de collusione d. regenda, v. cum Panormitano tradunt Felin. in dict. c. ipse ad audientiam, 2. numero 21. conclus. Caccialupus quest. 4. Gigas q. 5. in principio, Rebuffus, de pacificis possessore, numero 131. alias 13. Corras. dict. numero 13. & Io. Nicol. l. sup. nu. 72.

Et præsumitur imposita in fraudem si nisi appareat de causa, v. cum Ancar. & Card. in d. §. final. tr. adunt Rebuffus, & Corras. ibi.

Debet enim de causa constare. T. Oldra. consil. 226. Fel. d. num. 2. 2. conclus. Gigas q. 6. num. 2. Rebus. de pacificis possessoribus, n. 123. alias 107. & in d. repetitione, §. qui vero, d. 6. nota, vers. & talis causa, alias est in illa ipsa pensio, vt d. Mileuitana Canonatus, de qua supra nu. 314.

Nec sufficeret assertio Episcopi t. asserentis causam interuenisse, vt per citatos maxime, Rebuffum ibi, nam ei non creditur, cum actum libere facere non possit, l. si forte, vbi Bartolus ff. de Castrensi peculio, & in proposito, Corras. d. cap. 4. num. 14. & dicemus alias 11. par. capit. 4. à num. 52. Sicut non creditur patris donanti filio qui testatur merita præcessisse, g. os. & Doctores in l. si donatione, C. de collationibus, Corras. ibi Tirag. l. si inquam C. de reuocandis donationibus, verbo donatione largitus, numer. 87. Anto. Gomez. in l. 29. Tauri, num. 23. Bernard. Diaz regul. 533. & Salcedo ad eundem regul. 214. vers. illud autem, Gratian. reg. 88. Io. Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. par. cap. 5. à n. 16. Mascard. de probationibus, concl. 184. cum tribus sequentibus, Molin. de iust. i. com. tract. 2. disputatione

244. & Thoma Sanchez de matrimonio, lib. 6. disputatione 6. n. 3.

Debet quoque pensio causa commensurari, t. & respondere vt non excedat ad capitulum relatum secundum de testament. ibi, iuxta seruitutis meritum conferantur, Oldradus, Felin. & Gigas supra, & Rebuffus, num. 125. alias 109. & Corras. d. num. 14. & facit, quod in simili post alios, quos refert, tradit Thomas Sanchez sup. n. 6.

Alias pensio non esset nulla in totum, sed t. reducenda ad debitam quantitatem, vt de donatione remuneratoria excedente merita dicitur, Tirag. sup. nu. 79. & 80. Palacios Rubios in rubrica de donatio, inter virum, §. 32. n. 9. & §. 50. à n. 26. & in l. 17. Tauri, à nu. 52. Castillo in præmio legum Tauri, verbo, Gratia de Dios, vers. 1. vt valeat Gratian. reg. 150. n. 28. Angulo in l. 12. de las metras, glosa 1. n. 19. Io. Garcia de donatione remuneratoria, n. 51. & Thomas Sanchez d. n. 6. cum aliis, circa quod, vide dicenda infra.

Sed restat dubium, t. an pensiones impositæ per Episcopum transeant ad successores in beneficio, durante vita pensionarij, an vero durent tantum ad vitam beneficiati illi consentientis.

In quo videntur esse diuersæ sententiæ. t. prima ordinarios non posse pensiones imponere, quæ transeant ad successores in beneficio, & sic durare tantum ad vitam consentientis, ita Staphileus de literis instituta, titulo exceptio sola plus operatur, & c. num. 14. pag. mibi 285. Nauarrus consil. 3. n. 9. de iure patronatus, & consil. 43. num. de simonia, & Flam. Paris. de confident. q. 28. n. 120. Pro qua facit textus in c. nisi essent de præbendis, vbi Doctores.

Secunda sententia est, t. pensiones impositas per inferiores à Papa, non transire ad successores, nisi vbi ordinarius eas imponeret causa concordia, vt à lite recedatur, nam tunc transiret ad successores in beneficio, ita Sarnen. in reg. de annali. q. 2. vbi sic intelligit quod ait in compendio vtriusque signature, vers. & est aduertendus Gigas, q. 85. n. 1. & 11. Mandos. in Reg. 33. q. 14. n. 11. Redoantus de simonia, 2. parte ca. 4. n. 14. & c. 21. num. 36. Marchesanes de commissio. 2. par. ca. 40. de commissione appellations num. 41. & 44. Quintanaduenas, lib. 2. Ecclesiasticon, n. 44. & videtur sentire Hiero. Paulus in practica cancellaria, versiculo super beneficio potest transigi.

Tertia sententia est, posse Episcopos absolute, t. ex causa rationabili imponere pensiones ad vitam pensionarij, & quæ transeant ad successores, licet non cum facultate transferendi, ita Caccialupus de pensionibus, quasi. 4. & 5. Gigas quest. 6. numer. 4. Cuchus in dict. institution. libro secundo, titulo 8. ante omnia, & Camillus Cautius dict. n. alt. de pensione Episcopali, numer. 10. & Gambarus d. lib. à num. 385. ait istam sententiam veram esse in puncto iuris, in iudicando tamen, primam sequendam, quam dicit communem ibi, & n. 685.

At ego sum in diuersa sententia, t. nempe quod Episcopus ex causa concordia, & vt à lite recedatur, non possit imponere pensionem, quæ transeat ad successores in beneficio, sed solum duret ad vitam onerati, argumento textus, qui videtur expressus in sua ratione, in d. c. nisi essent. si enim casu illius textus Papa non vult tolerare vt pensio imposita ex causa pacis, & concordia transeat ad successores, nec circa prouentus aliqua videatur facta sectio, clarum videtur inferiores à Papa, quamvis non sint iudices delegati, vt ibi, sed ordinarij, vt Episcopus vel Legatus non posse ex causa concordia imponere pensio-

GRACIA
de
Benef.

G. VII
15

nem, quæ transeat ad successores.

³³⁵ Ex quo cessat euasio t^r Gambari *supra* nu. 402. qui ait pensionem, de qua ibi, non potuisse obligare successorem non simpliciter, ea ratione, quia quasi videretur facta sectio beneficii, sed quia, qui sic ordinaverunt erant delegati, non habentes in præmissis iurisdictionem ad obligandum successores.

³³⁶ Et id videtur sensisse Granutius t^r ad Simonetam, d. *quest.* 62. nu. 7. & Rota in vna Calagurritana beneficii de Ondategui. 28. Martij 1593. Coram Illustrissimo Lanceloto, & in alia Calagurritana beneficii de Arriola, 18. Iunii 1593. Coram D. Gypio in quibus fuit dictum, quod concordia fieri debent dummodo non sequatur sectio beneficii, iuxta d. c. nisi essent, & quod lis potuisset dirimi per reservationem pensionis, sub beneplacito Apostolico, *ut in decis. infra adductis ultim. p. c. 4. n. 5 & 6.*

³³⁷ Et est ratio: nam cum tunc agatur de iure t^r personali, non potest obligari beneficium, seu successor, cum de eius utilitate non agatur, *ut inquit Innoc. in d. cap. nisi essent ad fin.*

³³⁸ Nec obstat textus in c. de cetero, t^r & c. veniens de transactio. quæ Gambarus *supra* num. 402. allegat pro sua sententia, quia non loquuntur de pensione.

³³⁹ Aliis vero ex causis iustis, & rationabilibus quæ eundem Ecclesiæ utilitatem importent, poterit Episcopus pensionem imponere, quæ transeat ad successores pro vita pensionarii, *Feli. in d. c. ad audientiam, 2. n. 2. Gigas. d. q. 6. & Cuchus ubi supra.*

³⁴⁰ Aduertendum est autem, quod inferiores t^r Papa non possunt imponere pensiones, ubi interuenit aliqua conuentio inter partes, *de ea, d. c. nisi essent, ibi, non quidem ex pactione parium, Rebus. de pacificis possess. n. 122. alias 105. & in d. repetitione. §. qui vero 6. notab. circa materiam pensionis, Cuchus d. ii. 8. §. illa quoq; & ibi additio, Redoanus de simonia, 2. par. c. 14. in fine, & c. 22. & Camillus Cautius d. tr. ubi n. 5. Et sic coram eis non potest fieri resignatio, seu cessio reservata pensione, sicut nec in fauorem, secundum allegatos, & Corras. 1. p. c. 8. n. 13. Boerium decis. 2. n. 45 qui dicit, quod ad solum Papam spectat admittere resignationem, cum pensione, & Gambarus *supra* n. 163. & 618. P. Greg. de benef. 1. 29. num. 1. Flam. Paris. de resignatione beneficiorum, l. 7. q. 13. n. 17. l. 8. & q. 7. ex n. 11. Vol de simoni. tab. 1. de simo. gratia. c. 23. §. 3. n. 1. & 2. Cosm. Phil. de officio sacerdotis, 2. p. l. 6. c. 3. & Veeā in sum. 1. p. c. 36. casu 38. & 2. par. cap. 65. su 2. & Zechum d. c. 11. n. 5. quicquid sentiat Gigas t^r conf. 153. seu respo 44. de pensio. & quāuis contrariū videatur vel le Rebuffus in praxi, titulo de resignatione conditionali, nu. 12. & 13. nisi intelligatur de legato habente specialem facultatem recipere di resignationes, cum pensionem, de qua Flam. Paris. d. quæ. 13. nu. 14. & habetur in facultatibus Cardinalis Aldobrandini ad Regnum Poloniæ Legati, postea Sanctissimi Clementis 8. in constitutione 35. & Sixti 5.*

³⁴³ Quinimo non solum t^r ab ipsis partibus, sed nec a compromissariis, conuentio de pensione reservanda initium habere debet, sed à superioris autoritate, ut fuit resolutum in vna Calagurritana pensionis, 29. Maij 1595. Coram D. Penna, ut in decis. sequenti, pro qua facit c. 2. de arbitris

Orta hic anno 1581. inter Io. Baptistam de Basane, & Io. de Ayo, & Thomani Callesiam super dimidia portione vacante, in Ecclesia parrochiali oppidi de Victoria, ad eam dirimendam, in quosdam arbitros compromiserunt, qui paulo post de licentia ordinarij, & sub beneplacito sedis Apostolicæ pronunciauerunt, quod si Ioan.

de Ayo à Prouisorio Calagurritano dicta portio adiudicaretur, ille loco an iue pensionis octo triuci sanecas Io. Baptista quolibet anno persolvere teneretur. ceterum quia licet prouisor Io. de Ayo portionem adiudicasset, ille pensionem predictam solvere recusauit, dubitanti an fuisset valide reservata, ita ut Ioan. teneretur ad illius solutionem vel constituere procuratorem ad consentiendum illius reservationi, vel lis, & causa restituenda foret in pristinum statum. Et solo Io. Baptista qui sibi pensionem debere pretendebat informante, Rota censuit pensionem non fuisse valide reservatam, quia non fuit constituta ab Episcopo, nec de eius consensu ex causa rationabili, sicut requiritur in casibus, de quibus possunt Episcopi pensionem valide reservare, ut fuit decisum in illa Aleutana Canoniciatus, 6. Martij proxime præteriti, coram D. Mellino, ad Feli. in c. ad audientiam 2. n. 2. & sequenti de rescrip. & Gigant. de pensionibus q. 6. num. 2. quam ut amicitabilis compositio valeat, & partes à vitio simonia excusentur, conuentio de pensione reservanda à superioris autoritate, non ab ipsis partibus, vel à compromissariis initium habere debet, Anania in c. audiuius, n. 3. de collusione detegenda. Rursus cum arbitri, sub conditione Apostolici beneplaciti pensionem reservauerint, nec fuit valida, nec Ioan. Ayo ad illius solutionem tenebatur ante adimpletam conditionem, nā conditio non purificata nihil ponit in esse, l. eius qui in Prouincia ff. si certum petat. ex l. Thais. §. stichus, ff. de fideicommissi. libertate, Ruinus conf. 181. num. 2. l. 1. & ex hoc dicebant aliqui ex dominis cessare difficultatem, & aut non foret necessarium disputare, an ordinarius ex bono pacis vni conferendo beneficium, possit pensionem alteri reservare, quantum ad secundum negatiue etiam responsum fuit: videlicet, non teneri Ioannem Ayo constituere procuratorem ad consentiendum reservationi pensionis, tum quia re adhuc integra potuit pænitere, Crescen. decis. 5. de procuratoribus, tum etiam, quia in compromisso non se obligauerat ad petendum confirmationem, vel constituendum procuratorem ad consentiendum pensioni, quam compromissarij exco-gitauerant, & de constringebatur vigore iuramenti, Capella Tolosana, decis. 261. Quo ad tertium Rota affirmatiue respondit, Ioannem de Basane ad pristinum statum reduci, & de iuribus suis experiri posse, cum non aliter concordia visus fuerit consensisse, nisi sibi fuisset pensio valide reservata, qua deficiente defuit eius consensus, & cessio litis non videtur aliter facta.

³⁴⁴ Ex quibus t^r conuincitur primo dictum Nauarri conf. 43. de simonia, nu. 4. quod in permutatione beneficiorum potuit pensio imponi ab ordinario, ad coequandos fructus vtriusq; beneficii permutati in casu illius consilij, in quo interueniat pactio de ea inter partes, quod etiam tenet Io. Nicol. Delphinas de iure patronatus l. 2. q. 18. n. 161. & videntur tenere Caietanus, 2. secunda. q. 100. ar. 4. & Valencia 3. tom. secunda. secunda. disputatione sexta, q. 16. t^r punct. 3. cuius contrarium tenet Vgolius *supra* c. 27. §. 1. n. 3. Philarchus d. c. 3. & Corradus in respons. casuum conscientie. q. 42. in additione, pag. 88. & Zechus d. c. 11. n. quini. & c. 10. n. 2. ver. 11. & Ludo. Carbo. de res. q. 60. d. 17. qui ait, quod in permutatione, quando beneficia essent imparia liceret per pensionis solutionem constituere æqualitatem, verum, cum permutatio fit autoritate ordinarij, non potest constitui pensio, aut reservatio fructuum, sine autoritate Papæ, ut habet stylus curiæ, &c.

³⁴⁵ Nec pro Nauarro facit textus in quo fundatur in cap. ad quæst. de rerum permutat. quem recte explicant, Couarru. libro primo variarum cap. quinto, num. 9. post

9. post Adrianum quodlibet. 9. ad quintum, & Corradus.

347 Nec fauent Nauarro, Anchar. *confi.* 279. t. & Felin. in *cap. quia verisimile*, nu. 1. de *presumptio*. Ex quibus etiam ait ipse Nauarrus in *Manuali*, ca. 13. n. 100. *versiculo* 3. quod in permutatione beneficiorum inaequalium potest autoritate superioris refudi pecunia ad illa aequanda, quod tenet Io. Nicol. Caietan. & Valencia *vbi proxime*, sed contrarium tenet Corradus *ibi*. Quia expresse loquuntur cessante pacto, & quando ex officio Episcopi imponitur pensio. *Gigas quest.* 6. num. 2. & Gonzalez. *glos.* 14. numer. *trigesimo octavo*.

Secundo, conuincitur, quod ait Vgolinus *supra* 348 t. cap. 29. §. 3. num. 2. posse iudicem pro bono pacis pensionem imponere, & conuentionem probare, & iam si partes inter se conuenissent, modo is apud quem remanet beneficium, ius haberet in eo.

349 Et quod Rota, *decis.* 519. par. 1. *diuersorum* ait t. posse ordinari ex causa litis, & cessionis, pensionem imponere, accipiendum est iuxta doctrinam Abbatem in *cum pridem de pactis*, n. 8. cum aliis per *Gigas quest.* 6. num. 6. officio ut facere ex officio uti compromissarius, & non ex conuentione partiū, ut in d. nisi essent, & ita etiam accipiendus erit Gonzalez. *gl.* 5. §. 5. n. 27.

350 Vnde etiam inferitur t. doctrinā Collectarij, quam refert & sequitur Hieron. Paulus in *practica cancell.* *vers.* super beneficio potest transigi, & Sarnen. in *reg. de annals*, q. 2. Pechius in *reg. beneficij* in 6. n. 28. ad principium, & Redoan. de *simonia* 2. p. c. 2. n. 14. & c. 3. n. 23. scilicet in beneficialib. licite aliquid dare ratione expensarum, ut a lite recedatur, & pro concordia, nec esse simoniacum, non esse veram, *cum pridem de pactis*. *gl.* in c. super hoc de *renuntiatione*, verb. *pecunia*. Abb. in d. c. nisi essent, num. 5. Cosmas in *pragmatica sanctione*, ut de *annals* §. 1. verbo *litterarum*, Mohedan. *decis.* vlt. de *simonia* alias 332. Philiar. 2. p. lib. 6. cap. 11. circa finem, Sum. Corona. 3. part. tract. de *simonia*, numer. 34. Corrad. *supra quest.* 43. P. Ledesma 2. p. *summ. tract.* 12. circa 28.

351 *concl.* pag. 1359. etiam fiat autoritate superioris, t. si procedit pactio, seu conuentio inter partes, ex dictis, & Rebuffus in *praxi*, titulo de *permutatione*, numer. 47. & tenet Pet. Grego. de *beneficiis*, cap. 41. numer. 2. & Zorola in *praxi* Episcopali, 1. p. verbo *simonia*, dub. 1. 2. 3. & facit d. c. cum pridem & solum posset procedere, vbi iudex t. in quem fore partes libere compromittunt, aut cuius ordinationi, & compositioni partes praestant assensum, ex officio id prouideret, Abb. in d. cap. cum pridem, num. 8. & in cap. 2. de *transactio*, n. 5. & 6. & in d. cap. nisi essent, num. 8. & 9. Cosmas & Philiar. *supra*, & Vgolinus d. cap. 29. §. 3. numero 2.

352 Quamuis postea ibi dicat idem, si partes inter se conuenirent, & deinceps iudex conuentionem probaret, & sentis Nauarrus, *confi.* 46. de *simonia*, modo is, apud quem remanet beneficium, ius haberet in eo, ut *supra* numero 348. facit decisio in causa t. Calagurritana integre portiones, 8. Octobris 1574. Coram Illustrissimo Seraphino, in qua fuit resolutum, *simoniam* piram esse, cum non obstante reservatione beneplaciti Papa deuentum est ad executionem conuentionis, Moheda. *decis.* 167. Cota 238. Rota 673, lib. 3. p. 3. diuerso, nec etiam posse transferri respectu boni pacis, cum agitur de iure acquirendo, non autem de acquisito.

353 Probabile tamen t. videtur, posse Episcopum, seu legatum clerico aegrotante consentiente, ut alius substituitur ei in totum etiam assignata sibi pensione pro alimentis, quo ad vixerit, hoc facere si aegri-

tudo est perpetua, ut videtur tenere Abbas in *capit.* *qua* 195 de clerico aegrotante, quem sequitur Gambar. d. *libro sexto*, numer. 156. & lib. 9. *tr. de condictionibus*, numer. 16. quia ista pensio non procedit, ex pactione inter substitutum, & aegrotantem, sed ex dispositione iuris, & superioris, & facit quod dicimus *infra* 11. p. c. 3. n. 160.

Non tamen videtur posse talem resignare t. in manibus inferioris Papa, cum reservatione pensionis pro alimentis, ex *supradictis*: quamuis Ferretus *conf.* 373. ex n. 7. posse dicat.

Et de transactione, & compositione in spiritualibus, t. vide Molinam, 2. tom. de *contractibus disputat.* 356. 556. *vers. hoc loco*, ex cuius doctrina ibi videtur posse sustineri *confil.* Nauarri 46. de *simonia*.

Sed an Episcopus possit imponere pensionem t. super beneficio iuris patronatus, sine consensu patroni? *Gigas questio* 23. tenet quod sic, quem sequitur Gambarus, d. lib. 6. a numero 94. & Camillus Cautius in d. tract. de *pensione* Episcopali, & eiusdem sententia videtur esse. Flam. Paris. de *resignatione*, lib. 9. q. 4. nu. 14.

354 In contrariam tamen sententiam, saltem contradicente t. Patrono, inclinat Julius Benignius in *respons.* *posito ante dictum tractatum Camilli Cautij*, in quam dicit inclinare fere omnes aduocatos Romanos, & auditores Rotae, argumento *decisionis* Mohedani 268. *qua* in impressis est sexta de iure patronatus, & fauet Rebuffus in *praxi* tertia par. *signatura*, numer. 28. & 48. vbi hoc ponit, tanquam proprium Papae, & Zechus d. c. 11. n. 7. *vers. debet*, tamen ait quod quando Episcopus pensionem imponit requiritur consensus patroni & facit t. tradita per Rochum de iure patrono. verb. *honorificum* q. 3.

355 Mihi videtur cum t. Sarnen. in d. *compendio vtriusque signaturae*, *vers.* & eodem modo, quando Episcopus, quod possit eam imponere, dummodo non transeat ad successores in beneficio, alias non, sine consensu patroni; nam in hoc esset considerabile praedictum patroni, propter praesentationem, quae foret de beneficio grauato, & non libero, & ad hoc conducunt tradita per Rochum d. *quest.* 3. & notata per Io. And. & Abbatem n. 5. in *cap. postulasti de iure patro*. Lamber. de iure patro. lib. 3. q. 4. & 5. n. 7. ita tenet Couarr. *practicarum*, c. 36. n. 10.

356 Quae resolutio videtur posse limitari, nisi pensio transitoria t. ad successores imponeretur per Episcopum in magnam Ecclesiae utilitatem, nam tunc videtur etiam, sine consensu patroni, & eo inuito si vocatus nolit consentire, argumento eius, quod de permutatione beneficii iuris patronatus facta sine consensu patroni, tradimus *infra* 11. par. cap. 3. nu. 19. & 23.

357 Et licet t. Papa possit imponere pensionem super beneficio iuris patronatus sine consensu patroni, *Marches d. 2. par. cap. 4. de commissione appellationis*, numero 57. nam ut fuit resolutum in vna Columbrien. pensiones, 11. Februarij 1598. Coram Illustrissimo Seraphino, Patroni consensus non requiritur in imponenda pensione, tamen si beneficium est iuris patronatus laicorum, ex dotatione, & fundatione debet mentio fieri in reservatione de tali iure patronatus, alias pensio est surreptitia & nulla, *Gigas questio*, 24. & Couarr. d. lib. 2. *Ca-*

Bursatus consil. 178. numer. 38. lib. 2. *Ca-*
puta quoniam, *decis.* 132. par. 2. Rota
decis. 2044. lib. 3. p. 3.
diuersorum.